



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Eberhardvs Ep. 1. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

medio tollendi ceperunt, opū, quas ingentes penes ipsum credebant, hereditatem paricidio adituri. At tanti sceleris merces fuit nummus tergeminus reperitus. Corpus in fluvium abjectū cælestē prodidit lumen, quod omnem ab eo loco noctem fugabat. Extraxere igitur pescatores RVMOLDVM mortuum, ingentē tamen vel talem Adoni comiti prædam. *Ex Lippeloo.*

S. EBERHARDVS EP. I. Julii.

EBERHARDVS gente Bojus, e genere Comes, cùm è Collegio Bambergensium Canonicorum ad Religiorum se juvenis transtulisset, à suis inde nolens extractus & in Gallias est amandatus; ut (quod hodie etiam amat fieri) cum veste mores sanctos & sanctiora proposita poneret. Sed non præpotuere Numinis amicorū inimica consilia. Redux enim in idem monasterium se abdidit; Biburgensi dein Asceterio, mox etiam Salisburgensi Episcopatuī jussus præesse, in miseros, si quisquam alius, pius fuit. Itaque Promum Condum etī senicum insequi hospitem Biburgo Ratisponam usque compulit, &, quem transiungi negaverat, vini haustum deferre: ipse, cùm Italianum peteret, ægræ mulierculæ equum cessit, & pedes Apenninum conscendit. Elephantiacorū cùm & corpora & animos

curat.

I.V.L.
ias in-
heredi-
celeris
reper-
ælest
ab eo
igitur
mor-
Adoni

Julii.

ojus,

Bam-

ligio-

suis

as est

amat

san-

præ-

con-

ium

erio,

atui

iam

on-

tem

lit,

vini

n—

lit,

cle-

nos

ra-

I.V.L. *Vita Sanctorum.* 365
curaret, reddente ex his uno cum vo-
mitu Divinum Epulum, ore suo omnia
cepit, nec multò pōst cognovit, sub
ægro illo CHRISTVM latitasse virtutis
suaexploratorem. Dum vixit, nulli un-
quam quidquam M A R I A E nomine
petenti denegavit, ideoque mortuum
nonnemo sinu MAGNÆ MATRIS
velut infantem foveri vidit, & nectare,
quod ipsa illi VIRGO libavit, inebriari.
Quid hīc agitis Sodales Mariani? Ma-
trem esse vestram MARIAM vultis?
pauperum patres este. Et profecto aut
filii M A R I A E non estis, aut Fratri
EBERHARDO sinum invidetis.
Ex tom. 2. Henric. Canis. & 10. 1. Bav. S.

S. SIMEON SALVS C. 1. Julii.

Q Visquis vestium splendorē quæris,
cum SIMEONE, si oculos habes,
videbis, si animum, etiam indues. Nem-
pe ecenobium ingresso cūm adolescen-
tulus nuper religiosā veste indutus oc-
currisset, vidit cælestē inter comitatum
multo lumine insignem & Angelico
habitu regiāque coronā exornatum in-
cedere. Quare eandem dignitatem cum
IOANNE fratre tam diu ambivit, dum
uterq; est potitus. Sed & Philosophum
vides in uno SIMEONE geminum.
Heraclitum inquam & Democritū, sed
Christianum. Nemo alias tam docte
aut flendo risit, aut ridendo deflevit.

A a 3

muni-

